

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Bartholin

**Casp. Bartholini Enchiridion Ethicum. Seu Epitome Philosophiae Moralis.
Praecepta breviter & dilucidè, methodoq[ue] novâ & facili explicata exhibens. Pro
angustâ tyronum memoriâ**

Rostochi[i]: Hallervordeus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729544044>

Druck Freier  Zugang



~~11. VIII. 93~~

A-D.

Fr 101. m. 3m 35. 16.



E 62 3175.

CASP. BARTHOLINI

ENCHIRIDION
ETHICUM.

SEU

EPITOME

PHILOSOPHIÆ MORALIS.

Præcepta breviter & diluci-
dè, methodoq; novâ & facili explica-
tia exhibens

Pro angustâ tyronum memoriâ.

Cum gratia & Privileg.



Apud Johannem Hallervordium,
Bibliopolem Rostoch.

Anno M. D. C. X X X.

Eliz. — 31/10

A
yn

Serenissimi & potentissimi
Regis Daniæ &c.

Dn. CHRISTIANI
IV. FILIO, ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D N.

HULDERICO

Hæredi Norvegiae, Duci Slev-
vici, Holsatiae, Stormariae,
& Ditmarsiae
&c.

Hanc virtutum coronam humillime
studio consecrat

C. BARTHOLINUS.



PROOEMIVM DE
definitione & divisione
ETHICE S.

THICA EST HABITVS
mentis activus hominem
informans virtutibus (vel
bonis moribus) secundum
recte rationis normam,
ad consequendam civilem felicitatem.

Definitum Gratiū à moribus nomen ac-
cepit, unde & Latinis Philosophiae mora-
lis, pars nempe Philosophiae practicæ sive
civilis communior, cuius principia tradit
& fundamenta, atq[ue] in genere viri boni
cujuscunq[ue] vitæ generis aut status sit, de-
scribit officium: reliquæ vero duæ Philoso-
phiae practicæ partes specialiores sunt. Po-
litica enim Rempub. Oeconomica domum
& familiam gubernat.

Definitio causa constat omnibus: Eam
tamen auej Brizas in practicæ Philosophiae
tractatione non reperies, quam ostentare

A
27v

discipline Theoretica. Ideo respectu certitudinis demonstrativæ, atq; etiam objecti, theorica Philosophia est præstantior; Præctica vero præstantior est respectu usus in vita communi.

Genus (quo forma Ethicæ insinuatur) est habitus mentis activus, vel prudenteria que Aristoteli est habitus cum recta ratione activus, in ijs laborans, quæ virtutes attinent & vitia, quæq; in consultationem cadunt. Est enim disciplina operaria; non autem mētētikὴ seu factiva, ars dicta, ob causas in Enchiridio Logico de genere Logicæ adductas. Ergo περὶ λογικῆς seu activa. Quod si formam Ethicæ cum nonnullis in methodo queras; est hec analyticæ, progrediens à fine vel finis notione ad media eò ducentia: nam in operariis disciplinis ultimum in cognitione est primum in opere, & vice versa. Vide Enchir. Log. part. prop. cap. 8. de methodo, & Janitores Logicos Jan. I. quest. 162. & seq.

Materia in qua, seu subjectum operationis est homo quatenus beabilis (utili quoq;

quintar) vel beari potest summo bono ci-
vili; & ut libere agit, bonusq; moribus ex-
coli potest. Specialius hoc subjectum ag-
grediuntur alijs, dum appetitum vel va-
luntatem informandam inculcant: nos
voluntatem ponimus, ut infra docebitur.

Materia circa quam seu objectum sunt
actiones humanæ liberæ ordinatæ in fi-
nem, hoc est, quatenus per eas viri probi-
reddimur. Intellige actiones voluntariæ,
qua fieri possunt hoc vel alio modo, hui usq;
alijs circumstantijs, &c. Hinc inscriptio
hujus discipline est de moribus. Moribus
autem sunt humanæ actiones certame-
do formatæ.

Efficiens est norma rectæ rationis.
Hinc differt Ethica à Theologia, infor-
mante quidem hominem ejusq; actiones,
at non secundum nostræ rationis tenorem,
sed legum divinarum prescriptum. Ethi-
ca itaq; addiscenda, non ut per eam Chris-
tianus, sed Philosophus evadas: quamvis
& Theologo futuro sit utilissima, ut in vir-
tutum definitionibus & divisionibus, &c.
Interim differunt virtutes Ethica & Chris-

A
yv
stianæ. 1. Subjecto. Hæ non sunt nisi in püs
& regeneratū; illæ in omnibus esse pos-
sunt, etiam Ethnicus. 2. Modo acquirendi.
Hæ à Deo infunduntur modo supernatu-
rali & gratuito: ille crebris exercitüs ge-
nerantur, ut alij naturales habitus. 3. Fine.
clarum est magis in externa disciplina
situs: harum internus gloria D E I & in-
ternæ cordis erga Deum obedientia.

Finis Ethica internus est hominem
bonis moribus seu Virtutibus informare.
Externus est felicitas seu beatitudo poli-
tica, id est, summum bonum civile.

Dividitur Ethica in partem commu-
nem & propriam.

Pars communis seu generalis est quæ
de fine Ethica, summo hominis bono ri-
gidebat. agit: *Διαιρεονολογία* illa pars non
nullū dicitur. Nos vero in parte commu-
ni de omnibus quatuor causis virtutum
agemus. 1. De fine, videlicet summo bono
civili. 2. De effidente, actionibus huma-
nū, & principijs. 3. De materia vel obje-
cto virtutum, nimirum affectib. 4. De for-
ma virtutis, adeojs de ijs que definitio-

num

nem & divisionem virtutis generice consideratæ attinent.

Pars propria de virtutibus ordine agit, ideo Ægetologyia dicta.

Quam universam doctrinam Ethicam nemo accuratius ex veteribus conscriptam nobis reliquit, quam mundi miraculum illud, Aristoteles, operibus pluribus, quæ recenset Laertius; quorum tamen non nisi quatuor ad nos pervenere: De virtutibus libellus, magnorū moralium libri 2. Ethicorum Eudemiorum 7. & Nicomachiorū 10. Atq[ue] h[ab]i postremi absolutiones sunt.

PARTIS COMMUNIS.

CAR. I.

De summo bono civile, seu beatitudine politica.

Felicitas seu beatitudo civilis est operatio animæ rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta.

Dari aliquem ultimum actionum humanarum finem, hoc est, summum bonum (finis enim habet rationem boni, & vice

A
y
versâ; cum nihil appetamus nisi bonum;
vel verum vel apparens) patet, cum pro-
cessus causarum itimij, humani appetitus
alid daretur in infinitum.

Definitum est felicitas vel beatitudo,
que etiam summum bonum dicitur: &
hic inquiritur politicum; non Theolog-
icum, quod est ipse Deus.

Genus est operatio vel actio (ad quam
homîs creatus, non ad otium,) sed non qua-
vit, ut non vegetantis vel sentientis ani-
mæ; sed rationalis homini propriæ (inci-
piò differentia definitionis) unde dependet
principialiter, cum aliis ad totum homi-
num beatitudo pertineat.

Dicitur secundum virtutem (intellige-
biles virtutes vel quamcunq; in summo
gradu constitutam) optimam & perfe-
ctissimam; quia felicitas, cuius funda-
mentum virtus, actio est optima & perfe-
ctissima.

Dicitur vita perfecta, que requirit 1.
etatis mature judicium confirmatum,
quod in pueris non est. 2. Temporis diutur-
nitatem; nam una actio non efficit homi-

nem;

nem bonum & beatum, sed multe aliquot annorum cum virtutis habitu.

Summum ergo bonum vel felicitas, cum sit aliquid homini, consistit in actione virtutis ex habitu permanente, quia 1. illa soli homini competit. 2. Et stabilis & permanens. 3. Propter se expetitur. Dicuntur autem beati qui faciunt secundam virtutem quoties opus est, & commode fieri potest (neque enim liberalis est, qui ubique pecuniam erogat, nec fortis qui semper gladium stringit) nec quiescit vir bonus ignaviae causa, sed ut alacritus ad officium redeat: immo virtute utitur aut erga seipsum, aut erga alios.

Non itaque summum bonum est voluptas impura & inhonest, ut volunt Epicuri de gregè porci (animi namque voluptatem ex virtutum actione prodientem, tanquam signum beatitudinis subsequens, ut habet Philosophus, admittimus) est enim 1. Belvis communis. 2. Non diurna. 3. Corrumpt potius hominem quam perficit. 4. Inde nemo denominatur bonus, ne dum summe bonus.

A

Nec

A
21

Nec honor. Hic enim 1. non propter se,
sed propter virtutem expetitur. 2. Est in
honorantis tanquam agentis potestate, o-
pinione & voluntate; a qua cum depende-
at, inconsans est.

Nec divitiae quia 1. non propter se, sed
suum expetuntur. 2. Malè ijs uti possumus.
3. Sunt damnoſe periculose, inconstantes,
nonnumquam male partæ, ob id Aristoteli
violentæ dicitæ.

Nec contemplatio communis ideæ o-
mnium bonorum: etenim practicum qua-
rimus bonum.

Adjuncta vel accidentia summi boni
faciunt non ad essentiam, sed existentiam,
splendorem, & ornatum; ita ut sublata fe-
licitatem labefactent, non tollant; faci-
untq; ad felicitatem non ut est actio im-
manens, ad habentem relata, sed ut est
transiens, requirens externa bona seu or-
gana, quibus virtutum actiones conimo-
dius exerceat. Ut sunt corporis sanitas, ro-
bur, arma, (que requiruntur ad actiones
fortitudinis) opes (ad liberalitatis) qua-
meri sunt rerum gerendarum; Amici, be-
nesti

nesti nempe, quibus cum conversandum, &
sine quibus virtutis usus non est illustrū.

Concomitantia sunt: *Bona fama*, seu
honestat aliorum de nobis propter virtu-
tem opinio: *Bona conscientia*, hoc est, ju-
cundus & pacatus animistatus, que recte
facta comitatur.

CAP. II.

De Voluptate.

EThici omnino est agere de voluptate,
hoc ġ, præsertim loco. Nam 1. Voluptas
est in numero bonorum, quem finem Ethicu-
cus considerat. 2. Ethicorum maximæ sem-
per fuerunt de voluptate controversia. 3.
Cum summo bono voluptas conjuncta est,
tanquam signum, accidens inseparabile
& finis ulterior perfectæ operationis. Hinc
Aristoteli.

Voluptas est perfectæ operationis
subsequens signum. Vel: signum perfe-
ctionis operationum bene administratarū
ab animalibus, potentia objectum aliquod
optimum bene & proportionaliter percipi-
piente.

Atq;

A
y.
Atq; ita generalius definitur voluptas, ut non solum homini, sed animalibus etiam alijs competit. Specialior redditur; operationis & potentie ad animam rationalem restrictione.

Genus voluptatis recte Aristoteles negat esse motum; hic enim imperfectus est, voluptas autem ex actione virtutum proveniens perfecta. Est modus potius operationis, vel cum Aristotele, signum perfectae operationis, sicut corporis venustas est signum sanitatis & florentis aetatis; aliquando latius Philosopho ipsa operatio.

Efficiens est objectum aliquod conveniens, inq; suo genere optimum, &c. Sensus tantum, ut in brutis; vel intellectus, ut in homine; unde voluptas vel est corporis, vel animi. Econtra doloris causa est objectum improportionatum, inconveniens vel dissentaneum, ut videre est in exercitato nostris Philos. & Medicis, Exer. 8. Problem. 3.

Subjectum voluptatis in genere est animal, in specie voluptatis animi est homo.

Finis & boni rationem quodammodo

obti-

obtinet voluptas; est enim affectio quasi quædam summi boni inseparabilis; neq; enim vivit vir bonus & felix absq; voluptate. Unde Philosophi omnes vitam beatam jucundam censem. Non ergo omnis voluptas mala.

Dividitur voluptas 1. Ilt alia sit animi, alia corporis. Illa animum; hæc corpus afficit & sensus nostros, satisfaciens naturæ necessitati vel in conservatione individui, ut in cibo & potu; vel speciei, ut in venere, &c. Est autem voluptus corporis vel ex visu, vel auditu, olfactu, gustu vel tactu.

2. Aliæ sunt communes, ut homini & bruti ex cibo, potu &c. Aliæ propriæ, ut uni animalium generi, vel certi individuali humani. Hinc trahit sua quemq; voluptas. Et alijs alijs delectantur.

Sunt autem animi voluptates præstantiores quam corporis. 1. Ob subiectum præstantius. 2. Quia diuturniores. 3. Nunquam habent adjunctum dolorem. 4. Non possunt in excessu peccare, uti nec virtus. Pleriq; tamen magis expertus cor-

p. 3

porū voluptates; Nam i. bæ pluribus no-
ræ. 2. Et nobiscum quasi enutrita atq; ab
uterio suscepit. 3. Magis afficiunt sensus;
pleriq; vero sensibus grata sectantur. 4. Sine
eis speciei aut individui non est conserva-
tio. Atq; si moderatus earum usus est, pro-
ut recta præscribit ratio, non sunt simpli-
citer male. Oppositum vero, detores vide-
licet sunt mali & molesti saltim quatenus
homines ab honestis actionibus abstrabunt.

CAP. III.

De actionibus humanis earumq; re- quisitis & principijs.

HAUTENUS de fine virtutum ejusq; signo.
Efficientes cause virtutum moralium
sunt actiones humanæ voluntariae
crebræ, ut infra docebitur, quæ à volunta-
te proficiuntur tanquam primo princi-
pio, & virtutis præcedunt habitum: quæ
vero eundem sequuntur, oriuntur imme-
diatè ab habitu, hoc est voluntate habitu
prædicta, & mediatae vero à voluntate Inte-
rim ejusdem speciei sunt actiones habitum
virtutis præcedentes & sequentes, cum
dif-

differant tantum secundum perfectum & imperfectum, & conveniant in fine (bono honesto) extremis, excessu & defectu, objecto & recta ratione.

Adjuncta vero actionum humanarum in genere quinque sunt Philosopho in Ethicis : Spontaneum , invitum , voluntas, consultatio, electio. Sic distincti:

Actio alia est voluntaria , alia invita.

Voluntaria est quando principium actionis est in ipso agente singulas actionis circumstantias sciente. Ejus tria requisita sunt : voluntas, consultatio, electio, quibus includuntur alia. Voluntas presupponit rei cognitionem, & ne bonum factum pro vero appetat, deliberatione opus est ; quam facta, cum certi aliquid concluditur, dicitur Decretum (quod in consultatione includitur) Electionem vero, hoc est, quando voluntas sibi certi quid proposuit agendum, sequitur ipsa actio.

Spontaneum differt a voluntario , ut generale a speciali. Hoc enim sibi hominis illud

illud brutorum tribuitur, immo & plantis &
inanimatis etiam a Poetis & Oratoribus.

F
24
Requisita enumerata nonnulli principia
actionum humanorum (ex quibus virtus
eretur) salutant. Sed sufficit unum prin-
cipium proximum & principale, nimi-
rum libera in agendo voluntas, vel libe-
rum arbitrium: (hoc menti normam ad
quod se conformat, supponit) humanae e-
nim actiones dicuntur, non nisi quae in ho-
minis libertate sunt potestas.

Actio invita est cuius principium a-
liunde provenit. Estq; violenta vel im-
prudens. Violenta est cuius causa exter-
na est & potens. Estq; vel absolute vio-
lenta, vel secundum quid ut sit quasi mix-
ta & media inter voluntariam & invi-
tam, quando nimis res per se mala eli-
genda non videtur, respectu tamen cir-
cumstantiarum bona & eligenda putatur,
ut cum mercator naufragium metuens in
mare procellosum merces tuendae vita gra-
tia ejicit.

Ex hac Philosophi distinctione actionis
in voluntariam, invitam & medium, di-
scri

scrimen constituant inter velle, nolle, &
non velle.

Imprudens est, cum agens 1. agit per
ignorantiam circumstantiarum. 2. Et ani-
mo simplici fraudū experit. 3. Post deli-
ctum cognitum ducitur penitentia. Atq[ue]z
actio talū meretur veniam & excusatio-
nem, cum fiat per ignorantiam. Sed scien-
dum hic 1. Non idem esse per ignorantia-
m agere, & esse ignorantem. Illud dia-
citur: cum ignorantia simpliciter est cau-
sa princeps totius actionis adeo ut nisi ad-
esset, agens non ageret. Ut si Groenlan-
dus aliquā vim rini ignorans nimio potio
rini inebriaretur. Et ita agens veniam di-
gnus est. Hoc: quando ignorantia non est
causa princeps male actionis, sed aliud
quod ignorantiam induxit. Ut si quis ebri-
us committat furtum, homicidium &c.
quaē sobrium forte non patrasset. Hæc actio
non meretur excusationem, cum agens in-
gnorantiam sponte per nimium potum ac-
cessiverit.

II. Aliam esse ignorantiam juris securi-

ans.

universalem, aliam facti seu particula-
rem vel rerum singularium.

Illa est cum quis ignorat, quod jure sci-
re debebat; ut quid justum vel injustum,
eligendum vel fugiendum, quae leges hujus
vel illius loci. His agens excusatione haue-
t est dignus, sed puniatur ac si sciens peccasset.

Hac (quae veniam meretur) est cum i-
gnorantur circumstantiae quedam singu-
lares facti, quae ante actionem prævideri
aut præcaverti non potuerunt; omnes vere
simul ignorari, nisi agens insanus esset.
Suniqz Philosopho 8. Finis, rei ipsum quæ
agitur, personæ, objecti, loci, temporū, in-
strumenti, modi agendi.

Consultatio seu Deliberatio est me-
diorum diligens investigatione, per quæ
in agendo ad finem propositum perveni-
tur.

Hujus objectum ergo non est finis, sed
media ad finem ordinata, in negotijs 1. du-
bus & incertis. 2. Quæ nostrā intersunt.
3. In nostra potestate quæ sunt.

Ante consultationem vel circa princi-
pium præconciendus finis certus, inque-

603

consilium adhibendi viri boni, prudentes,
amici.

In consultac*ione* ipsa vel circa medium,
quærenda media ad finem ducentia, vi-
dendumq; multis an paucis opus fit; An
sint licita, facilia, quæ meliora: an solè
rem expedire queamus, an assumendi so-
cij: qui amici sint & fideles.

Circa finem consultationis videndum
an negotium ita perfici queat, vel non. Si
non: maturè desistendum. Si potest: ma-
turre res aggredienda; ne periculum sit im-
mora. Interim & nimia festinatio fugien-
da, unde illud: festina lente.

Electio est appetitio præmeditatae
orum quæ à nobis fieri possunt. Vel ut
Aristoteles: Spontaneum prius delibera-
tum. Sumitur hic Electio non pro cupidi-
tate, quæ etiam brutū comperit, & circa
jucundum vel molestum versatur, non
circa honestum vel inhonestum, utile vel
inutile; nec pro quovis appetitu: Ita ex-
nim & finis & media objecta sunt Electi-
onis. Hic verò electio est mediorū tantum,
non finis; instar deliberationis, qua cum

imp

indissolubiliter cohæret. Hinc Aristoteli
electio à voluntate distinguitur, quod illa
sit mediorum, hæc finie.

A
y
Differt à consultatione Electio 1. Subje-
cto: Illa est magis facultatis cognoscen-
tiæ; hæc appetitus. 2. Objecto: Illa est re-
rum incertarum & dubiarum; hæc certa-
rum, ob præcedentē consultationem 3. Ideo
tempore illa præcedit, hæc sequitur.

Voluntas est boni vel veri vel appa-
rentis cum ratione appetitio. Objectum
ergo est bonum; cum malum quæ malum
non appetatur.

Liberum arbitrium est modus, quo
voluntas aliquid pro placito vult vel
non vult, secundum intellectus judic-
cium.

Est ergo aliquid voluntatis (quæ intel-
lectus judicium semper presupponit) & e-
ius quidem modus, cum hoc modo, nempe
libere; voluntas aliquid appetat.

Liberum hic intellige, quod in utramq;
partem inclinare potest; Arbitrium, pro
voluntatis placito.

Ergo autem voluntatem nostram libe-

YANIS

ram in externis & civilibus negotijs (de
spiritualibus enim hic alienum querere)
certum est 1. Experientia. Nam possumus
varia agere vel non agere. 2. Ex mundâ
perfectione, qua continet non tantum res
necessarias, sed etiam eas in quibus liber-
tas est & contingentia. 3. Quia libertas
est modus voluntatis inseparabilis, quam
qui tollit, ipsam tollit voluntatem, adeoq;
ipsam naturam humanam. 4. Alias fru-
stra essent leges, menitiones, objurgatio-
nes, preces, propositum, deliberatio, insti-
tutio, præmiorum & pænarum distribu-
tio &c.

CAP. IV.

De affectibus in genere.

Hucusq; de fine & efficiente virtutum,
Sequitur materia vel objectum vir-
tutis moralis, nimirum affectus aliquis
jucundus vel tristis, quem Aristoteles per
voluptatem & dolorem nonnunquam in-
culcat, quando circa ea virtutem occupa-
ri contendit. Quivis enim in se experitur
vim magnam affectuum horumq; sive ap-
peti-

petitus cum rectaratione pugnam, ut sepe
mente & vitâ privent hominem. Itaq; ad
affectus moderandos & medicandos do-
ctrina moralis præcepta tradit.

Non tamen eadem est pugna recte-
sionis & affectuum in homine, cum lucta
carnis & spiritus; de qua scriptura: nam
per carnem reluctantem, non tantum vis
appetens intelligenda, sed ipsa etiam ratio,
qua in spiritualibus Spiritui repugnat, ini-
micitia est adversus Deum, nec sapit qua
sunt D E I, nisi domita & captivata.

Est autem affectus passio ob motum
cordis à noticia objecti boni , quod
prosequitur, vel mali, quod fugit, exci-
tatum.

Definitum alias perpessio vel pertur-
batio animi dicitur, qua vox tamen malis
affectibus magis competit. Agit autem
Ethicus de affectibus practice & virtutis
gratia: Physicus speculativè, prout sunt
qualitates.

Genus est passio vel patibilis qualitas.
Hæ enim duæ differunt tantum secundum
magis & minus. Per appetitum non defi-
ni-

nitur; quia affectus dicitur quantum ab
objeto pendet; appetitus, quantum a fa-
cultatibus.

Subiectum remotum est animal per-
fectum. Proximum est Cor. Nam 1. Ni-
mij affectus vite vim inferunt. 2. Pulsus
dat signum affectus in corde latentius. 3. In
appetitus conatibus & motibus, non tan-
tum est animæ vi appetens, sed quia in
consensum cor trahit, ejus adeoq; cor-
peris totius mutatio conjuncta est; ut ad
bonum objectum cor spiritus extorsum
fundendo se dilatet; ad malum e contra-
se constringat, spiritibus intro se recipien-
tibus.

Objectum est bonum vel malum, &
utrumq; vel verum vel apparens.

Causa est objecti cognitio: nam ignoti
nulla cupido.

Dividuntur affectus 1. Alij sunt obje-
cti boni, juvantes naturam; ut amor, de-
siderium spes, letitia. Alij mali destruen-
tes naturam: ut odium, ira, metus, tri-
stitia.

ad hæc summa affectuum genera omnes
alij,

Alij affectus facile revocari possunt; ut benivolentia, misericordia, pudor, invidia, superbia, desperatio, &c.

2. Alij sunt simplices, ut latitia; tristitia, metus &c. Alij mixti, ut ira ex tristitia & spe ulciscendi; ubi duplex quasi & contrarium est cordi motus: Zelotypia ex amore & ira. Envy & envy ex odio & gaudio &c.

3. Alij sunt lenes, Gracu^{mθη}; alijs vehementes, Gracis m^{αθη}.

4. Alij natura boni, ut benivolentia & misericordia. Alij natura mali, ut odium, invidia, superbia &c. Alij medijs, ut amor, latitia, spes, ira, tristitia, metus &c.

5. Alij affectuosi seu affectionales, alijs actuosi. Illos vocant inclinations vel propensiones ad motum, ut iracundiam (ad irascendum.) Hos, ipsos motus excitatos: ut iram.

CAP. V.

De Amore & Desiderio, itimq; de Amicitia.

AMOR est affectus, quo animus homini

num amatum sibi aduniri cupit, &c.
num quasi cum eo fieri.

Dissent à pietate, quæ in bruta non ca-
dit, estq; in superiores, ut Deum, paren-
tes, patriam, &c.

A dilectione : quæ non tantum est in
appetitu ut amor, sed in ipsa voluntate
cum electione prævia.

Ab amicitia : quæ est mutuus amor offi-
cijs confirmatus.

A charitate : quæ prædicta omnia si-
gnificare potest, & addere quandam au-
morū perfectionem.

A desiderio : quod est appetitio boni
absentij ; amor vero præsentij.

Objectum & principalis causa Amo-
ris est bonum cognitum & similitudi-
nem habens cum amante.

Causæ accidentales sunt. 1. Convictus
& consuetudo. 2. Vestitus, cultus, appara-
tus &c. 3. Philtra & beneficia, quæ tur-
pem illicitumq; amorem carent.

Vites amoris sunt potentissime, ut eis
ceu victori omnia cedant. Cæcus dicitur
effectivæ ; nam pulchra in re amata nimis

extollit, virtus vero vel non videt, vel extenuat.

Effecta ante acquisitionem objecti & rei amatae, in infinitis sunt mutationes morum & corporis. Post: unio amantis & amati, ut affectu duo fiant unum, & unum quasi dimidium alterius.

Remedia amoris turpis moralia sunt:
1. Principijs obstatre. 2. Fugere occasiones.
3. Temperanter vivere. 4. Orare & labo-
rare &c.

Commodè hic agemus de Amicitia.
Nam 1. Est amor, & quidem mutuus. 2.
Phileosophus eam affectibus annumerat, &
in libris prioribus Ethicis pertractat, licet
ad calcem eam etiam exponat. 3. Est vir-
tutus quidam fructus principalis & effe-
ctus precipuus; ut vel hoc nomine in parte
hoc generali locum sortiatur. Non vero
ipsa virtus est (etiamsi cognationem cum
virtute habeat) Nam 1. Amicitia non est
in nostra potestate & electione. 2. Est pau-
cis adstricta securus quam virtus. 3. Est in
bonis externis. 4. Virtutem moralem pre-
supponit.

Est

Et autem amicitia amor mutuus & conspicuus inter bonos & virtutis amantes ex honesti cognitione consurgens, ad vitæ honestæ conjunctionem perducens.

Cum quā definitione convenit illa Aristotelis : Amicitia est benivolentia in mutua affectione, minimè latens seu occulta.

Definitum ab amando, ut amor, dicitum. Græcē φίλος, quæ vox apud Aristotelem nonnunquam pro humanitate seu comitate usurpatur; apud alios non raro pro quævis amore.

Gens loco formæ positum, est Amor vel benivolentia. Maxime enim ex animo estimatur amicitia. Reliqua loco differenter ponuntur. 1. Est mutuus; si enim esset absq[ue] redamatione odium recipere, quod absurdum. 2. Conspicuus. 3. Inter homines virtute præditos. Est subjectum. Efficientis enim & fundamentum amicitie virtus est; absq[ue] qua nulla vera virtus. Utrim a definitionis verba finalē causam continent. Excludantur ergo ab ami-

icitia proprié dicta, mali & improbi, bruta, res inanimatae &c. in quas virtus non
gadit.

Adjuncta Amicitiae sunt Benivolentia, concordia, beneficentia,

Causæ sunt: Natura, conversatio, conyictus & consuetudo, propinquitas & cognatio: maxime vero similitudo & aquilitas, etatū, ingenij, studiorum, morum, virtutū &c. Circa conversationem sciendum eam in amicitia maxime expeti; locorum tamen intervalla non simpliciter dissolvere amicitiam, sed labefactare, habitum non tollere sed operationem. Secundariae sunt: utilitas, voluptas, honorum effluentia vel indigentia, societas hominum, rerum adversarum &c.

Utilitates infinitæ sunt in ueraq; fortuna. Unde Cicero: Qui amicitiam de mundo collit, solem è mundo auferre vindetar.

Oppositorum generale est inimicitia. In specie defectus est à φιλίᾳ seu πιστωθεσίᾳ cuius superior gradus est odium.

Ex-

Excessus ὑπερφιλία, nimius, cæcum & per-
versus amor: quo resertur Adulatio seu
amicitia fracta.

Dividitur amicitia. 1 Ratione obje-
cti, quod honestum, utile vel jucundum.
Est enim amicitia vel perfecta qua honesta:
vel imperfecta & per accidens (qua
amarur amicus non sui ipsius gratiā, sed
quia nobis vel utili vel jucundus) ut ju-
cunda, quam maxime seculantur juvenis
vel a prætibus dediti; & utilis, quam sensu
lucro inhancet: ad quam etiam possit eti-
am amicitiam referunt.

Perfecta autem rara admodum est, ut
vix pauca paria Amicorum reperiatur in
sacri & prophani: estq; tantum inter
paucos admodum, ut duos vel paucor
plures, testante 1. Experientiâ: 2. Rarita-
tē bonorum hominum: 3. Negotiorum su-
gulis incumbentium diversitate. Et quid
faceres hoc amico lugente; illo gaudente?
II. Ratione subjecti, vel est æqualitatis,
inter homines ejusdem dignitatis, ut fra-
tres; sodales &c. vel inæqualitatis seu
disparantia, ut logantur, ut inter Pa-

zrem & Filium, maritum & uxorem, magistratum & subditum &c. In hoc inaequali amicitiae genere est aequalitas secundum proportionem Geometricam. Quo verò major servatur in amicitia aequalitas arithmeticā, eò illa firmior. De hac proportione infra in Cap. De iusticia.

III. Ratione formæ seu communionis est publica vel privata. Publica seu politica reperitur in varijs verumpub. formis, in Basilia, Aristocracia, Democratia. Privata vel est ētatejū, inter alienos temporis successu coalescens ob similitudinem rerum, etatis, studiorum &c. Vel Quotidijū, qua 1. natejū inter parentes & liberos. Est vero parentum in liberos amor intensior, quam horum in illos. 1. Quia parentes diutius amarunt liberos. 2. Magis parentibus constat de liberis, quam his de illis. 3. Quia benefactorū amor maior est in beneficiariū, quam hujus in illum, cùm beneficiarius totus quasi sit benefactoris: quivis autem suum quod est, amat impensis. II. pœnū, per conjugium con-

tra-

trada, vel primaria, ut inter maritum & uxorem, vel secundaria inter affines. 3. Αδελφική, fratrum & sororū. 4. Συγχριτική inter sanguine juctos, cognatos, parentes, consobrinos &c.

CAP. VI.

De odio & ira, spe & metu, letitia
& tristitia.

Odium est affectus amovendi objec-
tum. Opponitur amori, ex cuius ex-
plicatione idcirco intelligitur. Differt ab
invidia. 1. Quia hac solius hominū est,
odium etiam brutorum. 2. Hæc est ex
terius rebus secundū invidenti non nocen-
tibus: illud ex eo quod noxium.

Cause odij sunt. 1. Naturæ proprietate
non facile explicabili, ut inter lupum &
ovem. 2. Ab amore sui. 3. A re merito aver-
sanda. 4. Ex animi offensione.

Remedia sunt, qualia contra iram.

Huc referantur contemptus, inimici-
tia, &c.

Contentus est affectus ex nimis

Quidam tunc ortus, quo quis alium se putat
abjectiorem.

Remedia. 1. Respicienda propria vitia.
2. Scriptura passim contemptum prohibet.

Ira est affectus mistus ex sanguinis &
spiritus circa cor accensione, quo ulci-
sci & punire liber eum, qui injuria læ-
fisse videtur.

Quatenus est affectus, materia est
mansuetudinū; ut habitus ex multis acti-
vitatib; u; est habitus viciosus vel iracundia.

Dicitur affectus mistus, Nam duplex:
est cordū motus, ut objectum duplex:
est malū præsens movens tristici-
um. & objectum desiderabile movens cu-
pidinem ulciscendi & puniendi.

Irae species sunt. 1. Levius animi concen-
ratio & furor brevis. 2. Furor major ex na-
tura perversitate. 3. Furor maximus vel
acerbitas (ut in Neronē, Ajace, &c.) ex
qua səpē morbi graves.

Remedia. 1. Vindictam in aliud tempus
differre. 2. Rebus leviculū non offendī. 3.
Deo vindictam relinquere. 4. Cogitare nos
ipsos səpē labi & errare.

Spes?

Spes est affectus simplex, quo dum animus bonum futurum appetit, cor se dilatat, & ad illud recipiendum se quasi preparat.

Dicitur bonum futurum; (Nam gaudium est praesentis boni) quod sit possibile, nec non arduum; nam leviculum facile habendum, non speramus.

Metus seu timor est affectus simplex mali futuri (hoc objectum.)

Causae sunt: Deiira, eorum offensiones quae laedere possunt, morbi, pestis, amissio libertatis, religionis, conjugis, opum &c. Fulmina, terramotus, prodigia &c.

Effecta: 1. In animo perturbatio cogitationum. 2. In corpore pallor, horror, angustia, pilorum rigor.

Remedia: 1. Aestimare pericula secundum circumstantias. 2. Præmeditari pericula, ut minus noceant. 3. Exempla aliorum similia perpendere. 4. Sperare meliora &c.

Timori opponuntur: Securitas, fiducia, & audacia. Securitas; cum non perpendant mali magnitudinem. Fiducia est

animi confirmatio in periculis. Audacia, cum temere ruit objecta pellenda, vel consequenda &c. Ideoq; raro cum successu.

Lætitia est affectus, quo ob bonum præsens vel præteritum (objectum est) cor dilatatur & spiritus diffundit. Ideò ex moderata letitia corpus moderate calent & humectatur, vires q; omnes sunt vegetiores, ex immoderata sèpè mors subita.

Est q; vel honesta, vel turpis & illicita (pro ratione objecti) remedia exigens instar amoris.

Tristitia est affectus, quo ob malum præsens vel præteritum cor coarctatur.

Species ejus sunt: Misericordia, qua est de malo alieno. Invidia, de bono alieno. Angustia vel anxietas; cum spes non est refugij. Acedia, quasi vocem amparans præ nimia tristitia.

Effecta sunt nocimēta animi & corporis.

Remedia 1. Cogitare de conditione humana adversitatibus exposita. 2. Ideoq; contemnere. 3. Alijs delectari & avocari. 4. Amicos habere compatientes.

CAP.

CAP. VII.

De definitione virtutis, itimq[ue] justicie universalis.

Hactenus de tribus causis virtutis prioribus. Sequitur forma & definitio virtutis moralis evisceranda.

Virtus est habitus electivus in mediocritate consistens, quoad nos definitatione viri prudentis.

Definitum Ciceroni à viro dicitur. Genius est habitus. Est enim virtus suā formalī & intrinsecā ratione habitus bonus & electivus vel in electione consistens, ut distinguiatur ab intellectualibus virtutibus, ab habitibus corporis, ab actionibus naturalibus, coadū, fortuitis, temerarijs. Ubi autem electio, ibi libertas & consultatio: qua in voluntate sedem habent. Voluntas ergo virtutis est subjectum vel materia in qua.

Mediocritas formam virtutis potissimum constituit. Virtus enim in medio consistit inter excessum & defectum seu vitiis, e.g. fortitudo inter audaciam & timiditatem; liberalitas inter profusionem & varitatem.

M. 60.

Mediooritatem consequendi tria præcepta dicit Aristoteles a. Cavendum & magis recedendum ab eo extremo quod medio magis adversatur, & declinandum ad id quod medio est propinquius. 2. A virtüs ad quæ natura sumus proniores magis abstinentium, & in contraria nitendum. 3. In omni actione cavenda est voluptas, rationi scilicet inimica.

Dicitur præterea in definitione, quoad nos sicut vir prudens eum definit. Observandum enim in virtute medium personæ, rationis vel Geometricum accommodatum: cuiusq; personæ pro ratione circumstantiarum, loci, temporis &c: quæ cum variant in actionibus, non nisi vir prudens deprehenderet medium longo usu doctus quid singulis personis & circumstantijs conveniat.

Justitia universalis tantum differt à virtate morali, quod hic referatur magis ad habentem, & dicatur ut est merus habitus voluntatem vel appetitum in habente perficiens; illa magis ad alios se extendat, & ad bonum publicum confe-

7485.

var; & non tantum privatum sit habentū
bonum.

Est autem justitia universalis quā
quis justē se habet cireā bonum com-
mune & publicum, & omnibus legib⁹:
obedientiam præstat, ut ex earum præ-
scripto omnes alias virtutes colat.

Aristoteli etiam legalis dicitur (quia
leges eam præcipue intendunt) perfecta, o-
ptima, pulcerrima, latē patentissima (quia
reliquas virtutes sub se complectitur) vi-
rum optimum efficiens &c.

Objectum est jus vel justum, vel o-
mnes virtutum actiones, quæ quatenus le-
gibus mandantur, dicuntur potius justæ,
quam fortes, liberales &c.

Oppositum est injustitia universalis,
cum non præstatur legibus obedientia, un-
de turbatur humana societas: & adver-
santur justitiae universalis omnium virtu-
tum moralium extrema, quatenus faciunt
ad bonum publicum aliquo modo minnen-
dam. Unde justitia universalis potest esse
in uno aliquo subjecto, cum bonum bono
non contrarietur. At injustitia universa-
lis:

Et non potest simul & semel uni subiecto
inesse, cum multiplex sit morale vitium, &
unum alteri contrarium, ut audacia & tem-
miditas.

CAP. VIII.

De Divisione virtutis moralis.

Non esse unicam tantum virtutem (uni-
tate specificâ) sed plures patet con-
tra Stoicos. 1. Quia quidam magis ad u-
nam quam aliam virtutem inclinant. 2.
alio ad aliam animi facultatem referuntur.
3. Distinctos affectus moderantur vel
ad mediocritatem reducunt. 4. Differunt
externis objectis, terrificis, voluptatibus,
honoribus &c.

Cicero in officiis quatuor cardinales &
primarias virtutes recenset: prudentiam,
iustitiam, fortitudinem, & temperantiam.
Sed miset virtutem intellectualē
cum moralibus.

Moralis autem virtus commode di-
vidi potest secundum facultates irascibi-
lem & concupisibilēm. In concupisca-
bili versatur virtus vel circa voluptates
corporis, quas moderatur temperantia,
vel

vel voluptatum instrumenta. Instrumenta illa sunt divitiae & honores. Circa divitias acquirendas versatur justitia suum cuique tribuens; circa erogandas mediocres Liberalitas, magnas Magnificentia. Circa bonores mediocres versatur Modestia, circa magnos Magnanimitas. In irascibili quæ continentur virtutes, versantur circa jocosa vel seria. In serijs molestia timorem cohibet fortitudo, iram Mansuetudo. In serijs jucundis peragendis preceps humanitas seu comitas, referendis veritas præest. In jocosis mediocritatem servare jubet urbanitas.

In his justitia est utilissima & prestansissima, quippe absq; qua nulla domus, civitas aut gens conservari potest, & ad quam alii virtutes videntur quodammodo posse referri. Postremè vero 4 dicuntur. Homilitica, quia plurimum conferunt ad civilem conversationem, quæ consuetit in dictu & factu, & animos hominum conjungunt. Et licet reliquæ virtutes interna magis respiciant, & actiones graviores magis reales, adeoq; sint eminentior

resq; tamen non ideo negandum has pō-
stremas esse virtutes. Cum 1. Participant
de definitione virtutis. 2. Versentur inter
duo extrema. 3. Profluant ex voluntate,
consultatione, preelectione &c.

CAP. IX.

De gradibus virtutum moralium, vel de perfectione & imperfectione earundem.

IN uno subjecto tres sunt virtutum mo-
ralium gradus & respectus. 1. Est incipi-
entium vel in gradu continentie; quando
affictus pravi & cupiditates inordinate,
recte rationis imperio subjiciuntur invitè.
2. Proficientiū vel in gradu temperantiae;
quando magis represso sunt & pacatae pas-
siones, nec ita vehementes. 3. Perfectorum
& heroum, cum ita cobibentur affictus,
ut vix aut rarissime se rationi opponantur.
Et haec sunt tria illa quæ in moribus expe-
tenda docet Aristoteles. Scilicet: virtus
imperfecta seu incipiens, virtus moralis;
& virtus heroica, quæ virtutum est per-
fektio.

Tria

Tria vero contra fugienda monet idem: Incontinentiam, vitium morale, & veritatem seu immanitatem.

Virtutem prout medio se habet modo, hucusque in genere consideravimus; superest ut pariter in genere eam consideremus secundum imperfectionem & perfectiōnem. Primo ergo accedamus semivirtutes dictas, seu virtutes imperfectae.

Virtus moralis imperfecta est via vel dispositio ad ipsam virtutem perfectam. Vel: Est habitus electivus imperfectus; appetitum reluctantem & indomitam rationi subjiciens. Differt ergo à perfecte virtute non specie, sed gradu, ut dispositio ab habitu.

Hujus duæ species Philosopho: Continentia & Tolerantia. Illa circa voluptatem, hac circa dolorem versatur, sed omnis generis sensuum, non tantum circa gustus & tactus, ut temperantia.

Deinde illa concupisibilem appetitum dirigit, hæc irascibilem; ut ideo ad hac duo quasi summa capita, reliquæ imperfectæ virtutis species (que tot sunt quos

ppr-

perfectæ) nominibus proprijs & convenien-
tibus carentes, referri queant.

Virtus heroica est eminentia & splen-
dor virtutum moralium, (principiū; &
in hū fortitudinū & magnanimitatū,
quarum splendor vulgi oculos magis per-
cellit; interim & in intellectualibus virtu-
tibus excellentes, heroēs sunt; & in reli-
quis moralibus) earum principiū qua ma-
jori cum difficultate conjuncta sunt, queq;
divinum aliquem afflatum exposcere vi-
dentur, præter reliquas efficientes virtu-
tum moralium, in quibus convenit heroica
cum moralibus, uti & genere, subiecto, ob-
jecto &c.

Differit enim à moralibus tantum secun-
dum magis & minus, vel perfectionem &
imperfectionem, id est diversos gradus.

Hinc tot sunt Species heroicæ, quot sunt
moralium virtutum; cum in qualibet vir-
tute reperiatur splendor & eminentia.
Datur enim fortitudo heroicæ, temperan-
tia heroicæ &c.

Et cum nulli sit preclusa virtus, in fa-
minis utiq; etiam esse potest virtus heroicæ

ca₃

ea, quæ apparuit in Rachab, Debora, Joët,
¶ Judit, atq; inter prophanas in Semi-
ramide & Margareta Danorum olim re-
gina, quæ regens Specie in bello captiuum
duxit.

Heroës ergo sunt viri illustres per ex-
cellentem virtutem supra humanā con-
ditionem collocatam, per quam olim coe-
pit nobilitas. Nobilitas enim cum virtu-
te heroiaca coincidit. Et hec est propria &
Philosophica nobilitati acceptio, cum im-
petratur artis vel Martis beneficio. Alio-
quin improprie, abusive & populariter su-
mitur. 1. Pro ea quæ in dextis & bonis
fortuna reponitur: quæ tamen nobilitau-
tem illustrare & ornare, non vero dare
possunt, cum sint bona mobilia, mutabilia
& inconstans. 2. Pro ea quæ in generis
& prosapia splendore collocatur, estq; na-
turalis & congenita. At hoc bonum est
non proprium sed alienum: nec raro ex
illustri stirpe prognati degenerant: Unde
illud: Heroum filii noxa. Et vice versa ex
viliissima & obscurissima familia multi
praetulari ac nobiles erit.

CAP.

C A P. X.

De oppositio[n]e virtutis moralis
& Heroicae.

Contrariorum eadem est scientia, teste Aristotele. Quare in Ethicis non tantum de virtutibus agendum, sed etiam de virtutis & extremis. Et nunc de his in genere agemus, ut hactenus de ipsis generice diximus. Nec non de heroicæ virtutis oppositis. Semivirtutum opposita cum specialia sint; juxta species Semivirtutum; de ipsis in parte propria tractandum.

Vitium est excessus vel defectus virtutis in medio consistentis inter haec duo. Ut liberalitas medium est vel virtus, avaritia defectus; profusio excessus.

Vitii vel mali moralis causæ, Theologicè respondendo, sunt Diabolus & perver- sa hominis voluntas. Philosophicè; defec- tus rationis & nimius amor sensuum, eo- rumq[ue] quæ sensibus sunt grata, qui ratio- nem obfuscat & appetitui subjicit. Nam si appetitum respiciamus, homo magis pronus est ad vitia quippe sensibus gratio- ras. Si rationem, magis ad virtutes (non
spiritus)

*Spirituales, sed morales) ut enim se habet
intellectus ad scientiam: sic voluntas ad
virtutem. At omnes naturā desideramus
scire.*

*Malum ergo morale cum virtuti bel-
lum indixerit, nequaquam est facien-
dum, ut eveniat bonum, (bonum enim ex
malo præcedente ortum, bonum esse desi-
nit.) At malum aliquod Physiscum & leve
(ut corporis morbum vel fœditatem) fa-
cere licet ut eveniat præstanti⁹ bonum. Ut
si quis cum Zopyro faciem vulneret, & ad
hostes fugiens quasi à suis lassus, eorum
consilia in patriæ gratiam exploreret.*

*Heroicæ virtuti opponitur in defectu
ignavia & ineptitudo ad omnem virtutis
imperium. In excessu feritas seu bestialitas,
que ex magnitudine rit⁹ vel eminentia
vitiosi habitus oritur. Est enim vitium
summum omnem rationis usum exclu-
dens, hominemq; infra humanam con-
ditionem deprimens, & quasi in feri-
nam transferens.*

*Differet à vitio tantum secundum ma-
gis & minus, & tot species habet, quot
sunt*

sunt virtus moralibus virtutibus opposita. Ue
alia sit feritas opposita fortitudini, qualis
in Nerone, alia liberalitati, temperantia
&c. Omnes tamen ad tres principales
formas referuntur: Prophanitatem, im-
manitatem, & tyrannicam impietatem.
Hac pietatem erga patriam pervertit: Illa
charitate erga proximum hominem exu-
it: Ista à Deo & divinis avocat.

PARTIS SPECIALIS.

CAP. I.

De iustitia in genere, & de distribu- tione in specie.

Primi titur hæc tanquam moralium
virtutum Regina, cum alias ordo sit
arbitrarij, nec referat, quo quæ jij loco tra-
datur, cum omnes sint virtutis species.

Est autem iustitia virtus moralis, quæ
homines apti sunt ad agendum ea quæ
justa sunt, eademq; etiam agunt & vo-
lent. Vel: est virtus unicuiq; suum tri-
buens, alienum non vendicans, utilitatem
propriam negligens, ut communem equi-
tatem custodiat.

Defin

Definitū dicitur à jure objecto suo, quod
sit juris status, vel quod in ea ius fistatur.
Ius vero à jubendo dicitur, quasi jussum.
Differentia primæ definitionis insinuat. 1.
Facultatem justa agendi. 2. Actionem.
Nam virtutis laus omnis in actione consi-
stit, ut ait Cic. 3. Voluntatem, ex qua pro-
ficiatur, nō ex affectu aut perturbatione.
Unde Ictū definitur justitia constans &
perpetua voluntas suū cuiq; ius tribuendi.

Objectum est jus vel justum & re-
rum. Oppositum est injustitia, quo no-
mine continentur duo vitia: nimium vel
parum tribuere sibi aut alteri.

Dividitur justitia in universalem &
particularem.

De universalis dictum parte communi
Cap. 7.

Particularis, que & moralis dicitur,
est virtus in rerum externarum distri-
butione & commutatione sita.

Objectum sunt bona externa & fortu-
ne, ut opes & honores. Circa hos pricipue
versatur distributiva: magis circa eas
commutativa;

Divi-

Dividitur enim particularis in distri-
butiveam & commutativam.

Distributiva est justitia particularis
præmia & pœnas justo modo distribu-
ens. Vel: est quæ in distributione honorum
& malorum externorum proportionem
servat Geometricam, id est rationem ha-
bet dignitatis personarum & aequalitatis
rerum, ut unicuique pro merito suum tribu-
atur. Quod stable est fundamen. Reipub.

Oppositum est injustitia illa quæ præ-
mia & pœna non justo distribuuntur mo-
do. Excessus dici potest tyrannus pœnas
nimis exasperans. Defectus Socordia,
neglectus digni præmia distribuens, neque debin-
quentibus pœnam.

Objectum sunt 1. Personæ v. g. publi-
cis plus tribuendum. 2. Bona & mala ex-
terna, id est præmia & pœna, ut honores,
dignitates, officia, pecuniae ; labores, ca-
stigationes, supplicia &c.

Hæc distributiva alia est remunerati-
va, quæ præmia ; alia punitiva quæ pœ-
nas justè distribuit.

In hac justitia specie servatur proportio

Geg-

Geometrica. Hæc sicut in Mathematicis
neglecta æqualitate differentiarum servat
æqualitatem proportionis: Ita in Ethicis
non spectat nude & absolute rerum æqua-
litatem, sed cum discrimine circumstantia-
rum atq; personarum quibus aliquid tri-
bendum, & rerum tribuendarum respe-
ctu: Servat enim æqualitatem non rei ad
rem (ut commutativa quæ servat Arith-
meticam proportionem secundum æqua-
lem quantitatis excessum, ut tantum quis
reponat quantum accepit, absq; discrimi-
ne status & dignitati in personis) sed rei
ad personam. v. g. in bello duci plus dan-
dum quam militi &c.

Ad pœnam refertur à nonnullis jus ta-
lionis, quod est simplex vel proportionale.
Illud Pythagoricum est, quando sim-
pliciter tale vel idem redditur, quale acce-
ptum: quod in nulla specie particularis ju-
sticie locum habet. Proportionale vel ana-
logicum est compensatio bonorum & ma-
lorum facta proportionaliter. Bonorum
dicitur gratitudo; malorum vindicta. Et
haec lex talionis in Repub. est necessaria.

C

CAP.

CAP. II.

De iustitia commutativa, ubi simul
de furto & usura.

Commutativa est iustitia particula-
ris, quæ in contractibus & rerum
permutatione proportionem servat A-
rithmeticam, id est, posthabito persona-
rum respectu, rei servat æqualitatem, ut
suum unicuique tribuatur, & neutra pars
defraudetur. Unde correctiva etiam Ari-
stotelii dicitur, quia omnem inæqualita-
tem corrigit, repositâ personarum digni-
tate, v. g. nobili, consuli, & rustico licet
inæqualis honor tribuatur ratione iustitiae
distributivæ, non tamen in emendo vel
rendendo, aliquid minori pretio datur
huic magis quam illi.

Dif fert ergo à distributiva. 1. Propor-
tione, uti dictum. 2. Subjecto vel personis
quæ in distributiva sunt publicæ, hic pri-
vatae.

Oppositum est iniustitia, quâ vel justo
minus pro rebus solvit, vel iniquum pre-
mium rebus imponitur. Itim si merces sint
corruptæ, iniquæ mensuræ, pondera &c.

Me-

Medium & mensura, per quam exerce-
etur justitia commutativa est 1. Ex natu-
ra, ut est annona publica & non corrupta.
Hinc occasio exercenda mercaturæ, cum
non omnis ferat omnia tellus, adeo ut
mercatura sit ex jure naturæ orta, & jure
omnium gentium confirmata. 2. Ex insti-
tuto hominum, & est numus, quo medi-
um generalius & commodius nullum, cum
non quivù quavù annona indigeat.

Objectum sunt contractus, ut 1. Em-
tio & venditio, ubi notandum teneri ven-
ditores vitia occulta rei vendenda signifi-
care, ne defraudetur proximus, & ut merx
precio aequetur, quod requirit justitia com-
mutativa. 2. Nudus usus. 3. Usus fructus,
ubi plus est commodi. 4. Commodatum, u-
bi restituitur commodatum in specie, vel,
idem numero & qualitate. 5. Mutuum:
ubi restituitur non idem numero sed simile
specie & valore. 6. Locatio & conductio.
7. Depositum vel actio deponendi, ubi rem
ad custodiendum traditam repetit depo-
nens quando vult. 8. Pignus vel pignoris
acceptio. 9. Sponsio seu fidejussio. 10. Pro-

misiō simplex absq; antecedente petitione
promissionis. II. Stipulatio, quæ fit petitio-
ne. 12. Transactio, vel concordia terea rem
litigiosam. De quibus ubiq; Icti.

Contractus autem & mercatura Chri-
stianis licitæ sunt & necessaria ad politicæ
societatis conservationem. Licitæ: quia
commendantur in scriptura pondus inte-
grum, mercatura &c. & illos probant ex-
empla sanctorum in utroque testamento:
Imo in Mose certa præcepta contractuum
politicorum sunt præscripta.

Excessus est nimium lucrum: justum
enim concessum est.

Defectus est damnum. Sub damno &
lucro continentur furtum & usura.

Furtum est contrectatio & ablatio
fraudulenta rei alienæ invito domino,
lueri gratiâ.

Definitum à furvo seu atrō dictum; eò
quod nocte atrā potissimum committatur.

Genus actionem externam requirit.
Theologice autem furtū etiam est quod in
animo concipitur. Per rem alienam intel-
lige rei 1. Substantiam. 2. Qualitatem.

ut si est falsitas in numerō, pondere, men-
sura &c. 4. Commoditatem; si res non
datur suo tempore & loco.

Finis est turpe & injustum lacrum,
cujus causa, qui assentiuntur, operam &
consilium &c. dant furibus; his annume-
rantur.

Dividitur 1. In manifestum & occul-
tum. 2. In diurnum & nocturnum. Et
hoc deterius. 3. Aliud est rei animatae, alt-
ud inanimatae. Illud vel est plagium, &
est hominum; vel abigeatus & part-
mentorum abductio. Hoc vel est sacrile-
gium spectantium ad cultum divinitatis
vel furcum simplex, rerum similitudines
& inanimatarum.

Pœna furti ratione delicti variat. In
varijs nationibus est suspensio, ex jure &
ubiqꝫ recepto. Lex enim Mosaicæ licet eam &
pœnam non decernat, crescentibus tamen
delictis creverunt pœna. Unde & Salomo-
nis tempore asperior pœna erat furti
quam secundum legem Mosaicam.

Et licet per benignam iuris interpretationem & misericordiam à pœna aliquan-

do ordinaria liberentur, qui urgente summo
in fame & necessitate tempore furati
sunt; tamen hoc furtum nequaquam lici-
tum est; fame etiam potius moriendum
pauper quam furandum. Interim panem
ei denegans homicida est. Juxta illud:
non pavisti, occidisti.

Usura est id quod alteri solvitur pro-
pter pecuniae debitae vel rei concessio-
nem. Estq; triplex: Lucratoria, punito-
ria, compensatoria.

Lucratoria illicita est & furto deterior,
cum ob mutationis officium premium il-
legitimum exigitur. Dicitur fenus quasi
fianus; vel vivi hominis sepultura & cruci-
attus.

Punitoria est que tanquam multa de-
citorii irrogatur ob moram solvendi.

Compensatoria, est cum pro pecuniae u-
suo justum premium gratitudini loco retric-
ebitur, habita ratione aequitatis & consen-
tentia. Hec in quibusdam casibus est licita.
Allt 1. cū diviti mutuo dederis ad exercen-
das negotiationes, agros, aedes &c. com-
perandas; ne ipsi sit commodum, tibi da-

MINIMUS.

minus. 2. Cum pauper pauperi dat mutuo.
non ex abundantia: ut dans merito ab ac-
cipiente indemnus praestetur. Nam ita quis
alteri proderit; ne sibi ipse ob sit. Charitas
enim incipit a seipsa. Licitam vero ali-
quam esse usuram probatur & ex sacris
Mat. 25. & jure civili quod eam decernit.
Illicita autem est compensatoria, si dives
mutuo dederit pauperi egenti & non inde
lucranti. Ab hac passim scriptura abhorret
& Christiana charitas.

CAP. III.

De jure & injuria.

IUS est, quod recta ratio in usum mutuum
societatis praescribit.

Dividitur Aristotelii in civile seu sim-
pliciter dictum, & domesticum seu sec-
undum similitudinem dictum.

Juri consulti dividunt in naturale &
quod natura docuit omnia animalia, ut
seipsum defendere, liberos amare &c.
Gentium, quod ratio omnes gentes docuit
(& hoc idem est cum jure naturali Ari-
stotelico) ut Deum esse colendum, patriam
defendendam &c. Et civile quod qui q

populus sibi constituit scriptum vel non
scriptum; publicum vel privatum.

Civile (quod Aristoteli etiam sub se
continet naturale,) vel est naturale vel
legitimum seu legale, quod jure consultis
tancum civile.

Naturale est quod apud omnes ho-
mines rectæ rationis beneficio utentes
eandem vim habet, non ex hominum
opinione aut instituto. Dicitur recta ra-
tionis. Nam hac neglecta non defuerunt
scelerati populi, bestiales & quasi furiosi
magis iure recesserunt naturali: ut apud
Iudeos filii parentes senio confectos fustibus
exterficiebant.

Efficiens legi naturæ sunt notitia princi-
piorum practicorum & inde exstructa-
rum conclusionum, quæ Deus animus ho-
minum ab initio imprestit. Unde hoc jus in
scriptura dicitur jus Dei, veritas & pate-
factio Dei, opus legis inscriptum in cordi-
bus in ipsa creatione.

Principia sunt axioma per se nota
& indemonstrabilia; natura nobis insita,
& legum specialiorum semina: ut turpe
est

est fugiendum; parentes honorandi, p[ro]ctum servandum, quod tibi non v[er]o fieri alteri ne feceris, suum cuique tribuendum, veritas colenda &c.

Conclusiones ex his ratione recte colligendae sunt varia, ut ex principio: justitia est colenda, concluditur; Ergo non f[ac]tum servandum, non occidendum &c. Ex principio: aequalitas est servanda, concludit: Ergo pena delicto debet respondere.

Juris naturalium species Ciceroni sunt i. Religio, quae Deo debetur; 2. Pietas, quae patriae, parentibus, cognatis &c. 3. Gratia, benemeritus. 4. Vindicatio injuriosis. 5. Observantia; superioribus autoritate &c. 6. Veritas omnibus.

Jus legale vel civile specialiter & icti dictum, est quod ex hominum instituto autoritatem habet, omnes quibus fertur obligans. Hoc apud omnes non est idem, sed mutari potest, immo abrogari. Sanctum vel ex jure natura, vel ratione aliqua probabili, vel aliqua circumstantia ad salutem civium &c.

Cf

F

*Finis est non tantum honestas, ut in lege
natura, sed etiam utilitas.*

*Adjunctum est æquitas vel correctio,
quando jus ipsum ob generalitatem vi-
detur deficere vel benigna jurū interpre-
tatio à judice prudenti. Æquitatū extre-
ma sunt. 1. Malitiosa juris interpretatio,
Actū calumuia, cum legis verba in sen-
sum detorquentur alienum à mente legis-
latoris. 2. Strictum & summum jus, cum
leges severo sine mitigatione (licet hanc
circumstantia aliqua postulet) retinentur
absq; prudentia, id est absq; examine cir-
cumstantiarum, loci, temporis, persona-
rum, mentis legislatoris &c. & in hac si-
gnificatione summi juris (non de statu ju-
ris perfecto & excellentissimo) verum est
illud: summum jus, summa injuria.*

*Jus legale vel est non scriptum, ap-
probatum longo consensu utentium, & ita
invitatur legem; vel scriptum, ut lex,
plebiscitum, senatus consultum, principum
placitum seu constitutio, prætorum edi-
ctum, responsum prudentum, recessus &c.
de quibus ICIUS. Utrumq; vel est publicum*

pro

pro pluribus; vel privatam pro qualibet
civitate vel universitate &c. Et dicitur jus
municipale, statutum &c.

Jus domesticum est quod colitur in-
ter unius domus membra; ut matrimo-
niale seu uxoriū, inter maritum & u-
xorem: Herile seu dominativum, inter
Dominum & servum. Paternum inter pa-
rentes & liberos &c.

Injuria opponitur iuri, cuius est vio-
latio. Estq; vel voluntaria vel invita. Il-
la propriè est injuria, cum invito prater
meritum infertur damnum à sciente &
volente. Dicitur invito, nam volenti non
fit injuria, vel volens non patitur inju-
rium, modo habeat voluntatem integrum,
absolutam, liberam & expressam. At pa-
titur nolens injustè, qui habet volunta-
tem i. tacitam non expressam, p.g. qui vo-
lens patitur damnum leve ab animico, ut
magis ei noceat. 2. Non integrum, ut in
martyribus. 3. Conditionalem, ut pauper
egens dare diviti iustam usuram. 4. Liga-
tam, ut infirmus noxia petens si à quo-
dam facile concessa habeat. Hac vel est

veni-

venialū quanti homo committit per igno-
rantiam; vel non venialis, quam commit-
tit ignoranter. Confer cap. 3. Ethic. Gene-
ral. Voluntaria est 1. Ex malitia & certo
animi proposito. 2. Ex animi affectu &
perturbatione, & haec letior est.

CAP. IV.

De Temperantia.

Temperantia vox hic non generaliter
capitur pro quavis virtute; sed mora-
li servante in gula & venere mediocrita-
tem.

Est enim temperantia virtus mora-
lis in appetendis vel frigiendis corporis
voluptatibus quæ gusto & tactu percipi-
piuntur, & arcendis doloribus, qui ex
rei jucundæ privatione animo concipi
possunt.

Habebit itaq; vir temperans in expe-
tendis & perfruendis voluptatibus ration-
nem honestatis, quantitatis, valetudinis,
existimationis, loci, temporis, sumtuum
&c. Et cum temperantia sit virtus, non e-
rit temperans, qui à rebus nonnullū absti-
net.

net vel naturā, vel morbo, vel toto. Cōd.
cōd. tio enim in virtutibus non habet locum.

Efecta temperantiae, in corpore sunt
sanitas & pulcritudo; contra, intempe-
rantia variarum aegritudinum causa est,
& medicorum nutrix. In animo, conser-
vatio ingenij, judicij, memorie, alacritas
ad exercendas virtutes. Excessus est in-
temperantia vitium frequentissimum.

Defectus, (qui rarissimus) est stupiditatis
omnes spernens etiam necessarias &
honestas voluptate ruit in Origene, qui ad
vitandam venerem seipsum castravit; &
in Diogene, qui omnes mulieres de arbo-
ribus suspensas optavit.

Objectum externum Philosopho sunt:
voluptates (corporis, non omnes, sed tan-
tum gustus & tactus, & hujus præsertim)
& dolores (ex accidenti, nam fortitudo
per se circa dolores versatur) quatenus ex-
voluptatum nimio desiderio vel privations
orientur.

Species due sunt: Frugalitas & ca-
stitas.

Frugalitas est temperantia in gula

III 9-

moderanda, quā cibi & potus tantā pō-
tione utimur, quantam natura ad sui con-
servationem postulat.

Ratione duplice hujus objecti, cibi &
potus, duplex est frugalitas: abstinen-
tia, quae in cibo, & sobrietas quae in potu.
Habeatur autem ratio cuiusq; natura.
Non enim omnibus aquæ calor fortis est;
nec aequaliter omnes laborant: quare unus
altero copiosiori victu uti potest, illæst
frugalitate.

Excessus, est Luxuria in cibo & potu,
corpus ejusq; vires prosternens, uti & ani-
mi: qualis cena Antonij & Cleopatrae.

Defectus sunt lordes tales, cum quis
corpori necessarium alimentum denegat.

Abstinentia est frugalitas in cibo ca-
piendo modum servans naturæ & rectæ
rationi congruum.

Defectus est nimia corporis macera-
tio, vitium rarum.

Excessus frequens est voracitas & e-
dacitas, consistens 1. In nimia quantitate.
2. Festinatione, instar canum. 3. Intempe-
stiva comedione non urgente fame. 4. In e-
lectio-

lectione suavium præ salubrib. s. Cum quicq;
delicatio in patina meditatur. & evolvit.

Remedia contra voracitatem sunt 2.
1. Cogitare nutriendam etiam esse animam.
2. Voracitatem esse bestiarum. 3. Non abu-
tendum diuinâ liberalitate. 4. Gustus de-
lectationes esse breves. 5. Prius respon-
dum hostibus qui in nobis sunt, quam ex-
ternis. 6. Voracitatem esse matrem ignor-
borum & mortis præmaturæ.

Sobrietas est frugalitas in moderate
potus usu. Vult hæc virtus 1. Ne nimium
bibamus. 2. Ne nimium sectemur suavita-
tem potus etiam in modico potu.

Extremum in defectu nomine caret:
sicut tamen potest nimia aversatio potus
requisiti; quod vitium admodum rarum.
Non enim pro vitio reputandum quod ali-
qui nihil plane biberint, vel ex peculiari
natura, vel morbo, vel coactione, vel con-
suetudine longa. &c.

Extremū vitium in excessu est Ebrie-
tas vel intemperantia in potu, virtus ho-
die, prob dolor, potius quam vitium hel-
luonibus.

Cau-

Causæ sunt prava voluntas; consuetudo perversa &c.

Effecta sunt nocimenta varia corporis & animæ: morbi infiniti, & mors saperpetua.

Remedia Ethica præter ea quæ voracitatis, sunt 1. Considerentur incommoda & effecta ebrietatis. 2. Cogitandum veniam ad ebrietatem sumtum hominis esse venenum. 3. Contemplentur ebryi in speculo faciem furibundam. 4. Perpendendum Ethicos etiam potuisse hoc vitium detestari & bestijs adscribere.

Castitas est temperantia in moderanda venere licita, & fugienda illicita.

Objectum est venus, quo nomine intellege non tantum actum venereū sed etiam voluptatem in amplexu, osculis, colloquüs, gestu corporis, vultus, oculorum, manuum, pedum &c. Et tum hæc virtus in specie dicitur pudicitia. In venere licita vult castitas ut fiat illæsa valetudine, in loco, tempore &c. Illicitam plane damnat.

Ratione personarum consideratur castitas,

stas, & requiritur 1. In omnibus et atque stas
tusq; hominibus. 2. In juvenibus, pueris
& omnibus non nuptis virginitas. 3. In
conjugandis requiritur reverentia in co-
gnatum sanguinem, ne copuletur sanguine
aut affinitate vicinior quam par est. 4. In
conjugibus fides conjugalis, ne alijs adhæ-
reant, neve se invicem deserant extra ca-
sum adulterij.

Extremum in defectu est affectatio o-
mnis veneris detestatio, ut in Diogene, O-
rigene &c.

Excessus est libido, ad quam referun-
tur. 1. Omnis frivola seminis profusio. 2.
Scortatio. 3. Sodomitria. 4. Adulterium tam
simplex quam compositum. 5. Incestus. 6.
Sodomia. 7. Bestialitas.

Effecta: Libidinem omnes consequun-
tur: ignominia, porne variae, morbi, mors
repentina, nonnunquam & ni resipiscant,
mors æterna: nam scortatores & adulter-
ri non possidebunt regnum D E I.

Sunt qui huc chœras referunt tan-
quam libidinis irritamentum. Sed distin-
ctione opus. Aliæ enim saltationes sunt sa-

C 120 B

cereæ & religiose, quæ in honorem Dei fie-
bant, ut à Davide, Juditha &c. Aliæ con-
vivales, nostro tempore plerumq; convivi-
orum appendices, suntq; vel honestæ &
Christianis licitæ, vel in honestæ. Inhone-
stæ sunt leves, & impudicæ, quæ fiunt à
personis scurrilibus & impuris in locu inho-
nestu, aut tempore inconvenienti. Hæ me-
ritò damnantur. Nam 1. sunt reliquæ. E-
thnicismi. 2. Levitatū notæ & irritamenta
libidinis. 3. Malorū fontes, ut sunt stupras-
cædes &c. 4. Ethnicus etiam invisa non-
nullis & punite; multo magis Christianu.

Honestæ fiunt à personis honestis & re-
necundis in loco honesto (præsertim publico
in præsentia honestorum) tempore conve-
nienti, non alijs laboribus præsertim sacris
destinato; medo decenti, non impudicitis
circumgyrationibus & strepitu farioso.

Hæ non simpliciter illicitæ. Nam 1. Scri-
ptura meminit saltationum Eccl. 3. quas
tamen nupsiam prohibet. 2. Sanitati pro-
sunt dum & animus refocillatur, & corpus
quietu nimia atq; compotationum libera-
tius motu. mediocre quasi vivificatur. 3.

Splend

Splendor comitatu in moderatis appareat
Choreis, ut habet Casus. 4. Quædam bo-
norū gratia ducuntur, ut dicebat Impera-
tor Fridericus 2.

Ab honestis ergo honestè fieri possunt.
Impijs autem & imparis nibil est pu-
riss.

C A P. V.

De Fortitudine.

Fortitudo est virtus moralis servans
mediocritatem circa timorem & con-
fidentiam in ijs qui terribilia sunt, pu-
blicæ utilitatis & honestatis causa.

Definitum à ferendo dictum (pericula
videlicet & labores) non hinc supernatura-
lem & cœlestem denotat fortitudinem, ad
tyrannidem quamvis perferendam, ut fuit
in Mose contra Pharaonem, in Johanne
contra Herodem, in Apostoli & Martyri-
bus plurimis, qui fortiores quām qui in
bello pro patria occumbunt; nec natura-
lem illam, qualiu in leonibus, equis &c. sed
moralem, ut habet Genus.

Objectum internum est metus & con-
fidentia.

Ex-

Externum est generale vel speciale.
Generale sunt terribilia seu formidabilia, mala & adversa quæ præter meritum & culpam accidunt nostram, ut pauperitas, captivitas, exilium, amicorum pena-
ria, vulnera, morbus &c. quæ tamen metuenda, si ob culpam nostram contingant.
Alia vero mala sunt quæ ab omnib. metuenda, ut omne scelus & sceleris poena &c.

Mala vero quæ corpus & vitam petunt, sunt majoris fortitudinis: quoad reliqua
difficilius est secundas res moderatè ferre.
Sic mala & pericula subitanea fortioris
est animo magno perferre, quam prævisa.

Speciale est mors (præficitum bellica
pro patria & publicæ utilitatū gratia)
quæ homini, non ut Christiano, sed ut cor-
poris animato conservationem expertenti
maxime est terribilit. Et præterea 1. Diffi-
cillima ob certamen. 2. Pulcherrima ob de-
corum. 3. Celeberrima propter famam. 4.
Honestissima propter causam videlicet de-
fensionem patriæ, religionis, libertatū,
parentum, liberorum &c. Est ergo mors
viro forti dæctabili respectu cause, sub-
iecti

jecti & finis ; tristis autem & dolorificæ
consideratione officiorum virtutis, quibus
privabitur, ut amplius patriæ carissime
inservire nequeat.

Bellum porro Christianis licitum esse
justis causis positis, & vim vi repellere pa-
ret. 1. Natura feris, & mos gentibus di-
ctat injuriam illatam propulsare. 2. Liceret
defendere patriam, amicos &c. 3. Bellum
continet multos mala meditantes in offi-
cio & intra limites. 4. Publica vindicta
seu bellum justum in scripturis passim a
Deo præcipitur : imò bellandi præcepta a
Deo ibidem traduntur. 5. Et sanctorum
plurimi bella gesserunt.

Duelum autem neq; gladiatoribus
concedendūt ; neq; in bello tuto com-
mittitur eo fine ut uno vincente universa
firma sit victoria. Liceret enim in sacris ex-
empla prosternere & apud Romanos, & olim
apud nostrates Danos, teste Saxone ; ho-
die tamen mos ille merito deserendus : quo
in usu sunt sclopeta & bombardæ ; ut vir
fortissimus jam a cacula aliquo occidi-
queat. Et quid est totum aliquod impe-
rium

rium unius virtutis & fortunæ committere?

Finis in definitione ponitur Honestum & publica utilitas. His de causis ferenda pericula, non gloriolæ aut lucelli. Unde negat recte Philosophus sortes dicendos, qui lucri gratia militant. Interim militum mercenariorum opera est utilis, & licet hunc etiam militare ei qui non subjectus est magistratui belligeranti, cum exempla passim in scripturâ habeantur.

Officia viri fortis sunt: imperterrita animo esse in maximis malis, omnia peragere cum consilio, non temere, cupiditate, ira &c. Expectare hostem, aggredi periculum cum prudentia, sustinere aciem, adversarium fugare; & (quod tamen minus forti competit) fugere si recta ratio jubet, & præsens vitæ periculum. Si enim damnum accederet Reipub. ex tua morte, vitam salvabis: nam ita qui fugit, ad pugnas ille redire potest. At si damnum ex fuga; præstabit mori.

Excessus est duplex. I. Insana omnis motus vacuitas; ut qui non metuit fulmis.

114

na, conitrus, terre motus, prodigia &c.
In quibus non relinquitur fortitudini la-
cus. 2. Audacia vel præceps animi impetus
in pericula sine ratione, qualis in arrogan-
tibus, qui quum imminent pericula, timidi-
sunt, & Martem in fugacibus habent pe-
dibus. Est tamen Audacia timiditate po-
tiot. Nam 1. Hæc Reipub. magis nocet,
quippe qui nihil audet pro patria aggredi,
dum interim audaces fortuna juvat, ti-
midosq; repellit. 2. Audacia facilius corri-
gi potest: Estq; fortitudini vicinior: au-
dax enim omnia adire jubet pericula, ti-
midus nulla, fortis quedam.

Defectus est timiditas seu ignavia,
cum quis metuit pericula honesta que non
debebat. Hæc cum nimia est, fit despera-
tio, ad quam (neutquam ad fortitudi-
nem, non enim pœna sed causa facit mar-
tyrem aut fortem) referenda.

Aὐτοχείρια, cum quis metu majoris
mali sibi manūs violentas infert, ad-
eoq; 1. Non respicit honestatem, sed mor-
tem tanquam majus bonum præ malo e-
litigat alio, quod alia via se effugere non
posse.

posse putat, quam morte sua. 2. Facinus
omnibus ignominiosum committit & ho-
micium. 3. Publicam societatem immi-
niuit. 4. In naturam peccat, quæ sui vult
conservationem. 5. Non digne & dignis
modis mortem subit.

Divisiones fortitudinis sunt variae.
Alia enim est domestica seu togata, alia
bellica. Illa animum præsentem præstans
in rebus adversis & prosperis, in pace potis-
simum eminens. Hæc est vera vel appa-
rens. De vera supra actum hactenus. Ap-
parens, ficta seu adulterina, est qua im-
pellitur quis ad pericula apparente & spe-
cioso aliquo nomine. Estq; 1. Civilis seu
politica dicta, sive honoris aut metu igno-
miniæ. 2. Servilis & coacta, pœnae formidi-
ne, ut in servis, mancipijs, & militibus
nonnullis coactis & angustatis, cum fugæ
non datur locus. Iracunda seu violenta,
pendens à metu & perturbatione animi,
irâ, odio, cupiditate vindictæ &c. sine cer-
to consilio. 4. Militaris vel experimenta-
lis pendens ab usu & experientia atq; sive
præde. Hinc veterani milites tyronibus a-

nimis

animosiores. 5. Fiduciaria, pendens à praesentia præsidiorum & auxiliorum. 6. Inscia, que pugnat ex ignorantia periculis, donec fugam tandem arripiatur.

CAP. VI.

De Liberalitate & Magnificentia.

Conjunguntur hæc duæ virtutes, quia differunt tantum secundum magis & minus.

Est enim Liberalitas virtus moderatrix minorum vel mediocrum facultatum, Magnificentia majorum. Vel: Et mediocritas circa pecunias.

Liberalitas dicta, quod homine libero fit dignissima est virtus cuius actus est uti pecunias.

Objectum propinquum vel internum est amor vel appetitus pecuniarum. Remotum vel externum sunt ipse pecuniae: non hæc tantum sed quicquid pecunia estimari potest; etiam cum quā operā, officijs & consilijs suis alteri prodest; Gratiæ & uigilæ. Circa hæc versatur liberalis ratione vel ἔργως vel κτηνεως, illis possest.

D oni

oni p̄ficit. Ideo liberalitas potius in dā-
do quām accipiendo occupatur, dare enim
est difficultius; pr̄stantius, laudabilius, &
juxta omnes, liberalius.

Uſus cōſtituit in largitione & sumptu-
ſum impendantur ubi honestē fit; par-
catur iisdem, ubi non necessarij.

Quoad dosin, attende modum & finem
zum Aristotele. Et in modo 1. Personam:
Dantem, quae erit prompta, hilarijs, & colu-
tati beneficij immemor, non exprobratrix:
accipientem, qua sit digna, & vir bonus
quicunq; maxime nobū junctas sanguine,
terrā &c. bene de nobis meritus &c. 2.
Quantitatem ratione dantis; det pro mo-
dulo & facultatibus: Pauper enim de suis
dans proportionaliter, liberalior esse po-
rest divite plura dante quidem sed nō pro-
portionaliter. Vide exemplum viduæ Luci
22. Ratione accipientis respicienda est cu-
jusq; ſtatus & dignitas, plus enim dandum
consanguineo, hono, pauperiori &c. 3. Qua-
litatem: beneficia profint accipienti
Tempus cum res postulat; Qui cito dat bis
dat &c. 3. Locum, qui sit ex honestatis
p̄ſcriptione.

Fi-

Finis in dando est honestas sola. Non ergo sunt liberales qui dant. 1. Ad ostē rationem; 2. Ut majora reportent. 3. Ad favorem conciliandum. 4. Ut liberetur a petentiū importunitatē, ne videatur inhumanius.

Kthōic consitit in acquisitione & conservatione. In hac: cavendō aē alienum, temerarias fidējussiones &c. In illā: 1. Non per fas & nefas acquirat. 2. Non sic importunus in postulando. 3. Augēat rem familiarem non animo dīescendi; sed ut alijs queat benefacere. 4. Benefatturus de suis largiatur, non de alienis.

Extremum in excessu & ratione ἀεγροτος est prodigalitas, vitium in nimis dando, & parum aut in honestum recipiendo. Est tamen laudabilius quam avaritia. Quia 1. Liberalitati similis. 2. Non nullū largitionibus utilis est prodigalū. 3. Et stultitia atq; simplicitate magis quam malitiā peccans. 4. Citius q; sanari potest quam avarus, accedente videlicet cōtate vel iegestate. Prodigalitas enim magis est juvēnum nescientium quid valeat nu-

mus, sed facilius corrigibilem; avaritia
est senum magis, qui non flectuntur.

Est autem avaritia vitium in nimis
accipiendo, vel retinendo vel ut-
roq;. Estq; plurimorum radix vitorum,
perjurij, contemnus verbi Dei, homicidij,
adulterij, furti &c. Vitetur ergo nimius
divitiarum appetitus. Interim divitiae per
se nullæ nocent aut illicitæ sunt: Nam 1.
sunt donum Dei, quo sancti patres multi
non caruerunt. Et Deus Salomonis eas pro-
mittit cum sapientia. Et benedictio Dei di-
vites facit. 2. Aristoteli sunt instrumenta
felicitatis politicae, & exercendæ liberali-
tatis.

Magnificentia est virtus in magnis
sumptibus erogandis. Objectum sunt
sumptus non mediocres, ut in liberalitate,
sed ampli & honorifici, maiores in Rege
quam principe, comite quam nobili &c.
Vir ergo magnificus esse non potest ex ple-
be, sed princeps sanguine clarus, in sum-
mo officio constitutus, divitijs affluens ho-
nestè partis. Quamobrem meretricula non
potest esse magnifica, licet sumptus expen-
dat magnos.

M. 4.

Magnificentiae eadem præcepta sunt,
que supra liberalitatem, sed in majori per-
fectione.

Effecta vel opera magnifici sunt pul-
chra, splendida, durabilia, utilia: ut tem-
pla, redditus Ecclesiastici, Academia, No-
totoria, arces & propugnacula, portus,
porticus, pentes, naves, armamentaria
&c. Itim privata adficia, supellex aurea,
argentea, gemmæ, vestes &c.

Excessus est luxus & inepta splendoris
affectatio, vitium in nimis magnis sum-
tibus erogandis, non honestatu causa, sed
delectationi, ut in Cleopatra: Itim tam
opus sit absq; elegancia, gratias duracio-
ne &c.

Defectus, sordes. Sunt autem extre-
ma magnificentia deteriora, quam libera-
litatem. Nam 1. Peccant in publicum com-
modum, & interitum Reipub. afferunt.
2. Conspicitora sunt.

CAP. VII.

De Modestia & Magnanimitate.

Conjunguntur & haec duc, ut priores,
differentes tantum secundum magis-

D 35 & m 3

& minus. Modestia enim objectum sunt
honores parvi & mediocres; magnanimi-
tatis magni.

Est enim modestia vel virtus in par-
vis vel modicis honorib. recte experen-
tia vel contemnendis.

Defecus est contemptus honorum
præter modum & rationem, etiam non
debitorum & saniorum judicio & divino
mandato.

Excessus est ambitio vel arrogantia,
quando honores mediocres nimis & præ-
ter rectam rationem, expetimus.

Modestia cognata est Humilitas Christi
sanctorum, vel animo demissio, quâ quis
propria modestia extenuat, & submissè se
gerit, ac interdum aliquid de jure sua re-
gredit in Dei gloria & Ecclesie commodū.

Magnanimitas est virtus in magnis
& debitibus honoribus.

Alias nonnunquam sumitur pro ma-
gnificentia, itim fortitudine insigni.

Excessus est superbia vel fastus quando
qui indignus magnos affectat honores,
ses suas secundas jactat &c.

De-

Defectus pusillanimitas, respiciens ho-
nores jure debitos.

Officium magnanimi primarium est
magnos honores convenienter & modo de-
centi expetere vel contemnere. Secunda-
rium est, moderate versari circa opes &
potentiam, quae honorem ex parte ampli-
ficant.

Magnanimitatem non tollit politiana
humilitas spiritualis.

Sed objectum praesentium virtutum ex-
plandum, quod Honor.

Honor est præmium virtutis, tribu-
tum viro bono ob honestatem à con-
gruente ejus judice, ut ejus virtus refli-
geat, ceteriq; ejus exemplo ad virtutem
invitentur.

Materia honoris est multiplex quæ in-
signum virtutis tribuitur.

Efficiens est judex competens actione-
num virtutis, vir probus, præsertim prin-
cips & magistratus. Et ad solidum hono-
rem sufficit unius probi & prudentis viri
testimonium, cum una sit vox omnium pro-
borum. At ad honoris illustrationem mul-

D. 4 terum

orum requiruntur testimonia. Vir ergo
pravus & improbus cum judiciū honesti &
viri boni nō habeat probos & bonos hono-
rare non potest. Honor enim est actio pro-
ba, quae est honorantis & conferentis: Un-
de Arist. dicit honorem esse magis hono-
rantis quam honorati. Est tamen etiam
honorati, 1. Tanquam cause impellentis &
commoventis honorantem seu causam mo-
tus. 2. Tanquam illius præmium, fructus
& signum. 3. Recipitur in honorato, non in
producente. 4. Contraria, videlicet infa-
ma & vituperium sunt recipientis non
tantis. Quæ contraria uti fugere licet, ita.

Honorem appetere concessum est. Nam
data distinguitur homo à pecude. 2. Hónos
aut̄ artes. 3. Justitia est sua unicuique tri-
buens. 4. Natura etiam membra corporis
aliqua honoratiora fecit. 5. Deus honorem
præcepit in quarto præcepto.

CAP. VIII.

De Mansuetudine.

MAnsuetudo est virtus servans me-
dibritatem circa iram.

Dicitur alij clementia, placabilitas,
humanitas.

Ob-

Objectum internum est ira quæ est affectus cum vindictæ cupiditate, ex contemptu nostri vel nostrorum ortus.

Externum, quod iram potest concitare, ut injuria, contemn̄, convitia, damna &c.

Officium mansueti in genere, est iram cobibere. In specie, rationem habere. 1. Personarum: Irascendum enim improbis & sceleratis, non superioribus, non bene de nobis meritis, non veniam precantibus &c. 2. Causarum: Iræ justæ sint causæ, facientes ad destructionem cultus divini, famæ, patriæ, amicorum. 3. Temporū & loci. Non irascendum diu; non in convivijs, serijs consultationibus &c.

Defectus dicitur Lentitudo vel iræ vacuitas; cum quis non irascitur quibus personis & quibus de causis irasci debet: adeoq; occasionem dat securati & morum dissolutioni.

Excessus est iracundia, cuius tres species: 1. Excandescens cum citiore leves causas, aperteq; irascuntur subitoq; placantur. 2. Amarulentia, cū tarde irascuntur, sed semel conceptam iram fovent occulte.

D S. Gring

& vindictam belvino more sequuntur, & occasionem ulciscendi; nisi diuturnitas temporis ira sit concocta: & hi deteriores. 3. Crudelitas, sevitia & animi asperitas, ut in tyrannicū hominibus, cum gravius & diutius quam oportebat, irascuntur.

Ira autem legitima viro bono lisita est sanguinem fortitudinis excitans animos ad res magnas. Ita in sacris fortissimi & sanctissimi irascuntur Jacobus, Moses, David &c.

In his extremis lentitudo iracundia praestabilitior est: Nam haec frequentior est, & magis civilem conversationē impedit, dum animos distrahit. Mansuetudo autē virtutib. homiliticū affinis est, quae ja sequuntur.

C A P. I X.

De Comitate.

Comitata est virtus homilitica in conversatione seriā honeste oblectans. Vel: quā verbū honeste officiosis & amicis sine fuso utimur. Atq dicitur comitas, familiaritas, affabilitas, humanitas, popularitas, facilitas.

Objetum internum sunt animi voluntates

piates & dolores ex rebus seruis in quotidianâ hominum conversatione.

Externum est communio dictorum & factorum in eadem.

Finis est honestas cum utilitate.

Officia viri comitum vel humani sunt. 1. Esse promptum & facilem in dictis & factis servato honesto. 2. Ut in verbis amicis. 3. Rationem habere personarum: præstans, quibus auscultandum; æqualium, quibus consentiendum; minorum, quibus modestè persuadendum. 4. Alterius dicta & facta si approbare jure nequit, monebit modestè, non assentabitur.

Excessus est blanditia, vel nimiam placendi studium, quando quis omnia laudat; & adulatio Gnathonice, cum quis lucri causa blanditur.

Defectus est Morositas & violentia, quando nemini placere cupimus, & dicta facta agimus aliorū bona & recta improbamus.

CAP. X.

De Urbanitate.

URbanitas est virtus homilitica in conversatione jocunda, quam recte joca-

jocamur & aliorum jocos ferimus. Vel:
quā concinnus & honestū dieterijs ad hi-
laritatem excitandam in jocundioribus
congressibūs jocamur.

Excessus est scurrilitas parasitica, id
est intempestivum & immoderatum stu-
dium movendi alijs risum.

Defectus rusticitas, cum quis non com-
mode & cum gratia jocos profert, sed tar-
de vel insulse: nec aqua anima alios jo-
cantes perfert.

Subjectum ubi hēc virtus locum habet,
sunt jucundi congressū, præsertim cōvivia:
non enim jocandum in templo, curia &c.

Objectum sūnt ludi & joci circa quos
etiam virtus versari potest, quatenus qua-
ritur relaxatio animi. Sed ludi & joci sīn⁸
1. Honesti ac liberales. 2. Moderati. 3. Absq³
virulenta dicacitate, scommatibus, convi-
tijs &c. 4. Absq³ offensione audientium,
in primis juniorum. 5. Tempore fiant con-
venienti, non exequiarum, belli, &c. 6.
Ratio habeatur personarum. Aliter enim
jocandum cum principe quam plebeo; ali-
ter cum sene & docto, quam juvene, impe-
rito.

ritus &c. 7. Jocandum non affectate & co-
acte, sed naturali quadam gratia: quæ se i-
desit, legantur autorum variorum face-
tiae; & pro jocis narrentur.

C A P. X I.

De Veritate & Taciturnitate.

V Eritas vel veracitas (alijs candor, se-
veritas, integritas &c.) Est virtus ho-
militica, quæ id quod in corde sentimus;
ore, verbis, & actionibus profitemur.

Accipitur h̄ic vox veritatis non Meta-
physicè pro convenientia rei cū intellectu;
nec Lògitè pro convenientia propositionum
cum rebus; sed Ethicè pro habitu virtutis;
quo sermones, gestus, & actiones nostræ in-
se habent imaginem affectuum cogitatio-
num & volitionum nostrarū. Potest enim
quis falsum dicere lògitè, &c. non Ethicè,
& vice versa. Hinc aliud est mentiri, aliud
Mendacium dicere. Mentiri dicitur, qui
contra conscientiam & mentem suā loqui-
tur id quod forte alias in se verum est; id
est, dicit falsum Ethicè non lògitè semper.
Mendacium dicit qui loquitur illud quod
verum esse putat, cum in se sit falsum. Hic

NON

sionem entitur, id est falsum non dicit E-
thice sed logice.

Fundamentum veritatis esse potest vel
naturale, cum oratio dicitur esse mentis
index: vel divinum, quia Deus est ipsa ve-
ritas, & veritatem omnes vult sectari.

Objectum primarium est verum. Se-
cundarium est communicatio dictorum &
factorum in quotidiana hominum con-
versatione.

Veritati in specie & particulariter op-
ponitur, quoad excelsū ἀληθεία quando
quis ea quae non habet sibi arrogat:
quoad defectum ἐπιληθεία, cum quis id
quod habet dissimulat. Viro autem bono
simulare & dissimulare non licet in fraude
proximi (at licet joci causa, ad utilitatem
proximi, ad divinam gloriam amplifican-
dam) contradicit enim omnis sanaratio,
omnis sapiens antiquitas, imò ipse Deus
detestatur mendaces & bilingues. Valeant
ergo Pseudo politici moderni, quibus arti-
ficiosum est, aliud ore offerre, aliud corde
volvere, magnatum placitis se accommo-
dare, tempore scrivere &c. Teneatur potius
has

hic regula: Melius est pro veritate pati
supplicium, quam pro adulazione beneficium.

In genere autem veritati opponitur
Mendacium, quod in judiciis dicitur sal-
sum testimonium, falsa defensio vel falsa
sententia.

Est autem mendacium 1. Jocosum, jo-
ci & delectandi causam, non desipendi. 2.
Officiosum, quod nonnulli prodest, bonis
non obest: Quale in Rebecca, Jacobo, Ios-
epho, obstetricibus Aegypti, Rachab, Iebu
&c. Atque hoc dici non potest peccatum,
cum non fiat animo & habitu mentiendi,
sed proximum iuvandi. Unde factum Ra-
hab & obstetricium Aegypti ex fide profe-
ctum asserit scriptura. 3. Perniciosum,
quod propriè mendacium, cum quis falsum
studio profert contra proximum, fallendi
ergo: qualia Gnathonum, Thrasonum. &c.

Veritatis summa confirmatio dicitur
juramentum (eo quod projure & lege ba-
bendum sit quod juratur) itim jasurandum,
quasi Iovis jurandum.

Jurare autem omnino licet, 1. In causa
religionis & verae doctrinae, quando de Dei
glo-

gloria agitur. 2. Charitati gratia privatæ
vel publicæ inter regna & Respubl. 3. In ve-
ritate. 4. Injustitia. 5. In iudicio ex re i ra-
tione & necessitate vocatione exigente, aut
magistratu imponente. 6. Quando omnis
humana probatio eessat.

Nam 1. Causæ modo dictæ postulant. 2.
Juramenta per nomen Dei oportunè facta
sunt mandata in scriptura. 3. Et Deus ipse
& sancti aliquoties jurasse leguntur.

Est autem juramentū invocatio Dei,
qua pétimus ut sit testis nostræ asseve-
rationis & puniat fallentem.

Duae ergo juramenti partes. 1. D'E I in-
vocatio pro veritate. 2. Nostra imprecatio,
si fallimur. Pejerare autem est id non face-
re, quod ex animi sententiā juraverū: nam
propriè persursum non est, si qui jurat, id
verū patet, sed qui falso seit, tamē jurat.

Finis juramenti est controversiarum
terminatio & charitatis stabilimentum.

Id per quod jurat Christianus, aliud
præter Dominū esse non debet. Nam 1. Per
cujus nomen juras, ejus agnoscis veritatem
& justitiam. 2. Juramentum spectat ad se-

gundum

candum præceptum decalogi. 3. In scriptura prohibitum est jurare per creaturas, idola; res factitias & fictitias &c.

Si tamen Christiano negotiū sit cū Ethnico jurante per sua idola; hoc juramentum admittere poterit. Nā 1. Ethnici suis idolis magnam præstant reverentia, & detestantur perjurii. 2. Aliter Ethnicus confirmare non potest suam veritatē. 3. Jacob amisit juramentum à Labano idololatra præstitū per Deum Nachor. Unde indubie jus civile cocessit peregrino per suos Deos jurare, civi per suos. Quia Ethnici, Judæi, Turce &c. falso jurantes perjuri fiunt, & à vero Deo puniuntur H̄eret n. in animo pejerantū idololatre offensi numinis opinio, & Deum: esse putat suum idolum. Unde Augustinus: Prorsus perjurū es, quod per id quod sanctum putas, falso juras. Hinc pœnas & in pejerantes, & eorum posteritatem diminuisse atroces, testantur historiæ.

Quocirca strictè servandum juramentū etiam vi vel fraude extortū, etiā hosti darum, v.g. à latrone spoliante: modo sit de re licita, possibili, verbo Dei & bonis

M. 2.

z moribus non coneraria : Exemplo Iosua
qui à Gibeonitis deceptus, fidem tamen ser-
vare voluit; & Zedechia, qui ob violatum
pactum quod metu periculi pepigerat cum
Nabuchodonosore, graviter punitus; &
eorum qui in desperationem inciderunt, cum
non servarunt : præsertim cum ius divinū
omne mendacium & perjurium prohibe-
at : & jus humanum suadeat jus esse fidem
servare ei cui jus est dare.

Officia viri veracis, candidi & sinceri
sunt. 1. Sit justus & bonus qui veritatem a-
more, non incri causa verum dicit. 2. In di-
ctu & factu fit per omnia sibi similis. 3. Et
sua non multam jactans. 4. Non curabis
veritatem odium parere. 5. In rebus cōtin-
gentibus & mutabilibus adjiciat has for-
mulas : quantum mibi videtur, quantum
mihi constat &c. 6. Verum semper dicat
quando obligatur, talibus personis, tali
tempore, in tali causa &c. 7. Aliás cum nō
renetur verum dicere illud, ad quod racen-
dum per leges vel conscientiam obligatur,
non violabit leges taciturnitatis.

Est enim Taciturnitas virtus, quā ar-

CANA

eana nobiscum continemus, quæ repre-
hensionem rectè judicantium incurre-
re possunt. Et distinguitur à nonnullis in
honestam & necessariam. Hanc vocant,
quâ sine Dei contemtu & publiciboni di-
spendio, cognita nobiscum retinemus, ne in
perniciem alterius divulgentur. Nam quâ
linguam tantisper continemus, donec con-
veniens loquendi locus detur. Ut juniores
& inferiores inter superiores exspectabunt
loquendi occasionem, ut quando compel-
lantur, vel alij suem sermonib. imponunt.

Excessus est garrulitas, alij loquendi
illocum non concedens. Defectus infantia-
cum qui instar stipitis, quando opus est,
non loquitur aut respondet.

CAP. XII.

De Semivirtutibus in specie, nempe
continentia & Tolerantia.

In genere de his actū est part. Cem. ca. 9.

Continentia est virtus imperfecta,
vel dispositio proba sequens rectam ra-
tionem, ut dominium hæc obtineat in
veluptates & cupiditates licet relu-
stantes.

Actū

Accipitur vox continentiae hic modo me-
dio pro freno pravarum concupiscentiarum
vel repugnantis appetitus. Alias accipitur.
2. modo lato & generali pro temperantia.

At differunt intemperantia & inconti-
nentia. 1. Tanquam habitus à dispositione. 2.
Temperantia versatur tantum circa volu-
ptates gustus & tactus. Continentia circa o-
mnis generis sensuum. Temperans agit consul-
tu ex plena voluntate, habetque cupiditates
moderatas ad rectam rationem. Incontinentis
nondum plane dominas. 4. Intemperans inco-
rinente est deterior ob habitum & diuturni-
tatem vitijs; ideo incurabilis est. & à levissi-
mis ab ripitur voluptatibus. Incontinentis ne-
nist a vehementioribus & facile sanari potest.

Tertio accipitur strictè à Theologis pro
abstinentia ab omni delectatione venerea;
quod donum continentiae non omnes qui
volunt, habere possunt: ut liquet experien-
tia. & 1. Cor. 7. cum sit extraordinarium
& peculiare Dei donum.

Difserit continens à pertinace: Ille me-
liboribus rationibus cedit. Hic nulla ratione à
proposito etiam malo dimoveri se patitur;

1383

est ē Aristoteli in triplici discrimine. 1. Qui
obstinatē suam sententiam defendit. 2. In-
doctus, qui licet defendere nequeat opinio-
nes, ijs tamen adharet. 3. Rudis & agre-
stis perseverans in consuetū sive bonū sive
malis opinionibus, aliorum rationes neg-
audire nec intelligere volens.

Objectum continentiae primarium
sunt voluptates corporis vel sensuum. Se-
cundarium, sunt voluptates ex divitijs,
honorib. cupiditate vindictæ &c. Unde di-
citur continens vel incontinentis iræ, con-
cupiscentia, vindictæ &c.

Est vero incontinentis concupiscentiæ
deterior quā incontinentis iræ. Hic n. ma-
gis sequitur naturale corporis dispositionē
ex abundantia hili &c. nec ita dolo & in-
fidis rem agit; verum aperte; nec ita totus
ambulat secundū sensum & sensui grata.

Extremum in defectu nomine caret,
& vix reperitur, cum quis plane fugit o-
mnes voluptates.

In Excessu dicitur Incontinentia.

Tolerantia seu patientia est virtus im-
perfetta vel dispositio probare quam rati-
onem

7
Y
onem sequens, quā homo honestatis causa res adversas cum quodam dolore perfert; repugnante videlicet irascendi appetitu.

Differit à fortitudine. 1. Ut dispositio ab habitu: 2. Versatur circa pericula & mala imposita, quae depelli non possunt: fortisudo etiam circa adeunda pericula.

Objectum sunt dolores, qui preferendi.

Extremum in genere est Impatientia. In specie, Excessus dici potest pertinacia vel obduratio nimia in preferendis doloribus sine honestatis ratione. Despectus Mollities, qualis in Sardanapalo; vicium nullos dolores honestatis gratia perseverans.

INDEX CAPITVM.

PROLOGIUM DEFINITIO.
nem & Divisionem Ethices continet, simulq; differentiam Ethice & Theologiae,
nec non virtutum Ethicarum &
Christianarum.

PARTIS COMMUNIS.

Cap. 1. Agit de summo bono civili, seu beatitudine politicae.

Cap.


- Cap. 2.** De eius signo Voluptate.
- Cap. 3.** De actionibus humanis, earumque requisitu & principijs. Ubi de consultâ tione, electione, libero arbitrio &c.
- Cap. 4.** De affectibus in genere.
- Cap. 5.** De amore & desiderio, itimque de amicitia.
- Cap. 6.** De odio & Ira, spe & metu, lœtitia & tristitia.
- Cap. 7.** De definitione virtutis moralis, & justitiae universalis.
- Cap. 8.** De divisione virtutis moralis, ab simul de virtutibus homiliticis in genere.
- Cap. 9.** De gradibus virtutum moralium, vel de perfectione earundem. Ubi de Semivirtutibus in genere; de virtute Heroica & nobilitate &c.
- Caput 10.** De oppositis virtutis moralibus & Heroicis, nempe malo morali seu virtio in genere, degres ignavia & feritate.

PARTIS SPECIALIS.

- Cap. 1.** De justitia in genere, & de Distributiva

- butiva in specie, ubi simul de jure etationis.
- Cap. 2. De justitia commutativa, ubi de contractibus, furto & usura.
- Cap. 3. De jure & injuria.
- Cap. 4. De Temperantia, ejusq; speciebus, abstinentia, sobrietate, castitate &c.
- Cap. 5. De Fortitudine, Ubi de Bello, Duello &c.
- Cap. 6. De liberalitate & magnificentia, Ubi de avaritia prodigalitate, luxu &c.
- Cap. 7. De Modestia & magnanimitate, ubi simul de Honore.
- Cap. 8. De mansuetudine, ubi de ira & iracundia.
- Cap. 9. De comitate.
- Cap. 10. De Urbanitate, ubi de ludu & jocu.
- Cap. 11. De veritate & taciturnitate. Ubi de mendacio, simulatione, jurementis &c.
- Cap. 12. & ult. De semivirtutibus in specie, nempe continentia & tolerantia. Ubi simul de pertinacia patientia &c.

F I N I S.



Objectum interi-
ffectus cum vindicta
temtu nostri vel nostr

Externum, quod ir-
ut injuria, contemtq;

Officium mansue-
cohibere. In specie, rat-
sonarum: Irascendum
sceleratus, non superio-
bus meritus, non veni-
z. Causarum: Iræ justi-
tes ad destructionem
paucis, amicorum. 3.
irascendum diu; no
consultationibus &c.

Defectus dicitur I-
cuitas; cum quin non
sonis & quibus de ca-
eoq; occasionem dat
dissolutioni.

Excessus est iracu-
cies. 1. Excandescentia
causas, aperteq; irast-
tur. 2. Amarulentia
sed semel conceptam




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____